

Perillustris et Reverendissime Domine Frater. Vidi liben-
 ter Ioannem Magistralem, qui et litteras Amplitudinis vestrae ple-
 nas amoris et gratiae, et libellum nescio cuius hominis perdit
 plenum calumniarum attulit. Ago gratias Domino Deo nostro, quod
 5 pastores tam vigilantes, qualem esse video Amplitudinem vestram
 in locis istis, ubi maxime necessarii sunt, excitare dignatus sit.
 Quod vero mea opuscula non omnino sint inutilia servis Christi, g
 gaudeo quidem pro profectu, sed nulla inani efferor gloria, quod
 optime neverim imperfectum meum: neque ignorem, si quid boni in
 10 meis libris inveniri potest, id totum a Patre lumen descendis-
 se. Considerabo libellum ad me missum: sed non audeo polliceri con-
 futationem: tum quod in cura pastorali huius Capuanae ecclesiae
 ita distinear, ut tempus non suppetat ad alia graviora negotia sus-
 cipienda; tum quod isthic sint multi Patres Societatis Iesu, quibus
 15 in promptu erit, si voluerint, eiusmodi opus aggredi et perficere.
 Precor Amplitudini vestrae gires magnas ad onus pastorale fortiter
 ferendum usque in finem, et me sanctis precibus vestris humiliter
 commendo. Capuae 8 Junii 1603.

[Fuligatti, Epp. famil. XXXIII.]

pagn. summ. ass. p. ub